et audierunt auribus graviter. Ille
putans angustiam cordis et contra
tam animi naturae esse non solum tacite
subiungit inopiam arbitrii et dicit:
Et oculos suos compresserunt ne forte
videant oculis, id est ipsi merito
precedentibus causa fuerunt ut de eius
oculos clauderet, vel ad superiora intuendum est. Dicitur domino ad Ephesum:
Vade ad ipsum Ihesu et precata quibus temptare
meruerunt illius impropera, si sic audire
et ad me canunt digneremini. Mansit
autem biennio toto in suo conducto, id est
hospitio quod ipse sibi conduxerat, Christum
omnibus predicabat, non solum quidem in
deus sed et gentibus quas illis reprobantes
dixerat esse salvandas. Et docens
que sunt de domino Ihesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione. Non solum Romane
predicare prohibitus non est, sed nec
dum Neronis imperio roborato nec
in tanta erumpentibus scelerum quanta de
eo narrant historie. Dimissus est ut evangelium
Christi in occidentis quoque partibus predicare
sicut ipse Romanis ait: Nunc igitur
proficiscar in Iherusalem ministrare sanctis.
Et paulo post: Hoc igitur cum consummavero
proficiscar per vos in Hispaniam.
Postea vero, id est ultimo Neronis
anno, reversus ab eo martirio coronatus est, quod utrumque in secunda ad Thimotheum epistola quam passurus de vinculis dictat exponit: In prima mea defensione nemo affuit michi,
sed omnes me dereliquerunt. Dominus autem
affuit et confortavit me ut per me
predicatio impleretur et audirent omnes gentes et liberatus sum de ore leonis, manifestissime propter crudelitatem Neronis leonem esse significans. Et in
sequentibus: Et salvabit me et salvum
faciet in regnum suum celeste, quod sic
prius sibi sentiret imminere martirium vult in eadem epistola premisit: Ego
enim iam immolor et tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen
certavi, cursum consummavi, fidem
servavi. Amen. Deo gratias.

Acheldemach ager sanguinis qui
hodieque monstratur in Helia
ad australem plagam montis Syon
et haceus iuxta Iudeam conspicitur
mortuos ignobiles alios terra tegit
alios sub divo putrefacit. Asya regio que minor cognominatur absque
orientali parte qua ad Cappadociam
Syriamque progreditur undique circumdata
est mari. Cuius provincie sunt Licia,
Pamphylia, Ysauria, Lycaonia, Galatia
et alie multe, sed specialiter ubi Ephesus
civitas est Asia vocatur. Arabia
regio inter sinum maris rubri qui Persicus
et eum qui Arabicus vocatur. Hec gentes
multas Moabitas, Ammonitas, Ydumeos, Sarracenos, Arabesque quam plurimas.
Arabia autem sacra interpretatur, dicta eo
quod sit regio turifera odores creans.
Hinc eam Greci eudemon, nostri beatam
vocaverunt. Ethiopum regio ab Indo
flumine consurgens iuxta Egiptum
inter Nilum et occeanum in meridie
sub ipsa solis vicinitate iacet, quorum
tres sunt populi: Hesperei occidentis,
Garamantes Tripolim, Indi orientis.
Antiochia civitas est Syrie caput
in qua Barnabas et Paulus apostoli
sunt ordinati. Est et alia in Pisidia
provincia Asye in qua idem predicatores

iudeis dixerunt vobis oportebat
primum loqui verbum dei sed quoniam repu
listis illud. Alexandria ciuitas est
egipti que quondam no dicebatur inter
egiptum affricam et mare quasi claus
trum posita in qua beatus marcus euan
gelista tumulatus hodieque in ecclesia ve
neratur. Azotus oppidum est insigne
palestine quod hebraice vocatur esdod
et est vna de quinque olim ciuitatibus
allophilorum. Attalia ciuitas est pamphi
lie maritima. Amphipolis ciuitas
macedonie est et altera eiusdem
nominis in syria. Appolonia ciuitas est
et ipsa macedonie et est altera in
provincia affrice que dicitur pentapolis. Athene
ciuitas est in achaia philosophie dicata
studijs que cum vna sit pluralitatis numero semper
appellari solet tamen pireus portus
septemplici quondam muro communi
ta fuisse describitur. Ariopagus
atheniensium curia que interpretatur villa martis a
marte quod ipse ibi quondam dicitur iudi
catus sit. Assos ciuitas asye maritima
eadem appolonia dicta. Antipatris
ciuitas palestine nunc diruta quam
herodes rex iudee ex patris sui nomine
vocaverat. Appiforum nomen fori
romae ab appio quondam consule
vocatum a quo et via appia cognominata
est. Babilon metropolis regni
caldeorum vbi eorum qui edificauerunt
turrim lingue diuise sunt a qua et regio
circumposita babilonia vocatur. hanc
fuisse potentissimam et campestribus
per quadrum sitam ab angulo usque

ad angulum muri sedecim milia
tenuisse passuum id est simul per circuitum
lxiiij. Refert herodotus et multi alij
qui grecas historias conscripserunt.
Arx autem id est capitolium illius vrbis
est turris que post diluuium edificata
quatuor milia passuum dicitur cuius post ruinam
muri tantum fictiles remansisse et
ob bestias que illic habundant captan
das temperatam esse feruntur. Bithinia
prouincia asye minoris que et quondam
bebrycia et deinde migdonia dicta
est ipsa est et maior frigea. hiera
flumine a galatia discriminata hu
ius metropolis eius nomen. Berea ciuitas
in macedonia que verbum domini nobiliter
accepit. Capadocia regio in capite
syrie id est ad septentrionem. Cirene
ciuitas in libia cuius regio etiam
pentapolitana vocatur eo quod quinque
vrbibus maxime fulgeat. berenice
arsinoe ptolomaide ~~appolon~~ appo
lonia ipsaque cirene. Creta grecia
insula centum quondam vrbibus nobil
ium et centapolis dicta est. Ciprus
insula in mari pamphilico xv quondam
oppidis insignibus famosa eademque
et maxime eris ibi cum prima huius
metalli inuentio et vtilitas fuit
pu cyprinum est in finibus aliae pro
uinciarum et oppidum veneris. Cilicia
prouincia asye quam cignus campis
interfluat et mons amanus cuius
meminit salomon a syria secernit.
Charra ciuitas mesopotamie apud
romanos crassi clade apud nos autem
hospitio habraham patriarche et
parentis eius morte nobilis. Caldei

regio inter babiloniam et arabiam
tigrim et eufratem. Chanaan filius
cham optinuit terram a sydone usque
ad gazam quam iudei dei tempore posse
derunt chananeis eiectis. Cesaree
ciuitates due sunt in terra repromissionis
una cesarea palestine in littore
maris magni sita que quondam pirgos
id est turris stratonis dicta est sed ab
herode rege iudee nobilius et pulchrius
et contra vim maris multo melius
constructa in honorem cesaris
augusti cesarea cognominata est. In
eam tempore in ea marmore albo
construxit in qua herodes eius a deo
ab angelo percussus. cornelius centurio
baptizatus. et agabus propheta zona
pauli ligatus est. Altera vero cesarea
philippi cuius ciuitatis scriptura me
minit ad radices montis libani ubi
iordanis fontes sunt a philippo te
trarcha eiusdem regionis facta et
in honorem tyberii cesaris cognominata
est. sed in tercia cesarea capadocie
metropolis est cuius lucas ita meminit
profectus est ab epheso et descendens
cesaream salutauit ecclesiam. Corinthus
ciuitas achaie maritima. Cencree
portus corinthiorum ciuitatis. Chio
insula ante bithiniam cuius nomen
syra lingua masticem designat
eo quod ibi mastix gignitur hanc aliqui
chiam appellauere a chyone nympha.
Cnidus insula contra asiam. Choos
nobilissima ~~contra~~ contra asiam insula
adiacens prouincie asie et est eiusdem
nominis oppidum in insula calimna

Damascus nobilis urbs fenicis que
et quondam in omni syria tenuit prin
cipatum et nunc sarracenorum metro
polis esse perhibetur. Deinde et rex eorum
mammas famosam in ea sibi succes
sorum basilicam dedicauit christianis
in circuitu cuius beati iohannis baptiste
ecclesiam frequentantibus. Derbe ciuitas
licaonie prouincie. Elamite principes
persidis ab helam filio sem appellati.
Ephesus amazonum opus ciuitas in
asia ubi quiescit beatus iohannes euan
gelista. Frigia prouincia asie traditur
subiecta septentrionali sua parte galatie
conterminia. meridiana licaonie
et pisidie migdonieque ab oriente
capadociam attingit. Due sunt autem
frigie quarum maior smirnam habet
minor vero ilium. Fenicia prouincia
syrie cuius partes sunt samaria et ga
lilea et alie plurime regiones. Gali
lee due sunt una galilea gentium
uicina finibus tyriorum in tribu
neptalim altera circa tyberiadem
et stagnum genesareth in tribu zabu
lon. Gaza ciuitas insignis palestine
que apud ueteres erat chananeorum
ad meridiem sed antique gaze
locum vix fundamentorum uestigia demon
strant. hec autem que nunc cernitur in alio
loco pro illa que corruit edificata
est. Galacia prouincia asie a gallis
uocabulum trahens qui in auxilium
a rege bithinie euocati regnum
cum eo acta victoria diuiserunt. sicque
deinde grecis admixti primo gallogreci
postea galathe sunt appellati. Grecia
prouincia quedam ~~[illegible]~~ achaie que

a grecis scriptoribus hellas vocata est
in qua athenarum ciuitas est quondam
actica dicta. Hierusalem metropolis
quondam tocius iudee que nunc ab helio
adriano cesare quondam acrius des-
tructa latiore situ restaurata helia
cognominata est cuius ope factum est
ut loca sancta scilicet id est dominice passionis
et resurrectionis sed et inuencionis
sancte crucis quondam extra urbem iacentia
nunc eiusdem urbis muro septentrionali
circumdentur. Hadrumetum ciuitas
in bizancia regione affrice. Hadria
nomen maris cuius ciuitas rauenna quod per
hostia padi fluminis intrat et sumit
vocabulum ab hadria proxima ciuitate
que eidem mari nomen adriatici
dedit. Iudea aliquando tota terra xii
tribuum appellatur quam due tantum
tribus que quondam iuda vocabatur ~~et~~
ad distinctionem galilee et samarie
~~alia~~ aliarum que in terra repromissionis
regionum. et notandum apud historicos
quod iudea ad palestinam. galilea uero
et samaria ad feniciam pertineat.
Ioppe oppidum palestine est mariti-
mum in tribu dan ubi hodieque saxa
monstrantur in litore in quibus andro-
~~media~~ meda religata persei quon-
dam uiri sui fertur liberata fuisse
presidio. Iaconium ciuitas celeberrima
lycaonie et est altera in cilicia.
Italia regio et patria romanorum ab
italo rege vocabulum trahens que ab
affrico et ab circa mari magno
cincta retro alpium obicibus obseruit.
Libie prouincie due sunt una libia

cyrenaica de qua dictum est et pars
libie que est circa cyrenem. Ther post
egiptum in parte affrice prima est
et mari libico cognomen dedit.
Posterior libia ethiopum usque ad me-
ridianum pertingens occeanum. Lydda
ciuitas palestine in litore maris
magni sita que nunc diospolis appel-
latur. Licaonia prouincia asie. Est et
alia eiusdem nominis ciuitas in frigia
minore. Listra ciuitas licaome-
nia prouincia asie. Lasca ciuitas lito-
raria crete insule iuxta locum qui vo-
catur bonus portus ut ipse ciuitas com-
ponit pro quo quidam corrupte talassa
legunt. Mons oliueti ad orientem
iherusalem torrente cedron inter-
fluente ubi ultima domini uestigia
humo impressa hodieque monstrantur.
Cuius terra eadem tondere a credentibus
hiemis cum magnam leuimus perma-
neant sancta uestigia proximo cetu
continuo recepit. Denique in ecclesia
in cuius medio sunt candido sternatur
et pulcherimo opere condecoratur summa
tamen cacumine ut perhibent apertum
domini corporis meatum nullomodo con-
tegi et concamerari potuit sed
transitus eius iter ad celum usque pat-
ulum. Medi a madai filio ia-
feth appellati. sunt autem inter
flumen indum et flumen tygrim
regiones iste a monte caucaso
usque ad mare rubrum pertingentes
arachosia parthia assiria persida
et medea quas scriptura sacra
ymphas sepe medee nomine vocat.
Mesopotamia regio inter flumina

Tygrim et eufraten que et ipso
vocabulo grece in medio fluminum
esse posita monstratur. Huius ad meri
diem succedit babilonia. deinde
chaldea. novissime arabia eudemon.
Madian civitas inter arnonem et
ariopolim cuius nunc ruina tantummodo
demonstratur ubi moyses apud
iethro socerum suum exulabat. Macedonia
provincia asie provincia grecorum nobilissima
et virtutibus alexandri magni
nobilior facta. Macedonia provincia
asie nunc acolis dicta est. Et altera
eiusdem nominis iuxta flumine danu
bium. feruntque auctores transisse quod
europa moesias et tracias et thi
nos a quibus appellantur in asia
misi. frigies et bytini. Mitilene in
sula contra asiam que a primo con
ditore ab eo nomen duxit. Miletus civitas
in asia maritima decem stadiis
ab hostio meandri amnis secreta ubi
paulus ephesiorum maiores alloquutus
est et insula ignobilis nominis eiusdem
in mari egeo vel ionio. Nazareth
viculus in galilea iuxta montem
thabor. Unde et dominus noster ihesus nazareus
est vocatus habetque ecclesiam in loco
quo angelus ad beatam mariam
evangelizaturus intravit. sed et
aliam ubi dominus est nutritus. Neapolis
civitas carie que est provincia asie. Par
thi inter flumen indum quod est
ab oriente et inter flumen tygrim quod
est ab occasu siti sunt ut supra
dictum est. Pontus regio intra
provinciam iuxta mare ponticum quod asiam
europamque determinat et aperta
plurima hostiorum danubii influsione

dulcis esse ceteris cognoscitur. Pam
philia provincia asie. Paphus civitas
maritima in cypro insula veneris
quondam sacris carminibusque poe
tarum famosa que frequenti terremotu
lapsa nunc ruinarum tantum vestigiis
quid olim fuerit ostendit. Perge civitas
pamphilie provincie. Pisidia provincia
asie. Philippis civitas in prima parte ma
cedonie. Patara civitas licie provincie
in asia. Ptolomais civitas iudee
maritima iuxta montem carmelum
que quondam acho dicta est. Est
autem ptolomais in pentapoli provincia
affrice cuius supra meminimus. Puteolis
civitas colonia campanie eadem
dicta dicearchia. Roma urbs in ytalia
cuius quondam orbis domina a conditore
suo scilicet romuli nomine sic vocata quam
apte quoniam virtute plerique scriptorum
quasi sola esset urbem appellare male
bant. Rodus cycladum insularum no
bilissima et ab oriente prima quondam
ophyusam vocata in qua urbs eiusdem
nominis fuit aerea colosse famosa septua
ginta cubitorum altitudinis. distat autem
a parte asie xx milibus passuum. Regium
est civitas brutiorum maritima xx milibus
passuum a promontorio peloro secreta
cuius nomine grece interpretatur dessipatio
eo quod hec sicilia per quondam bruno
agro ytalie reiciens mox interfuso
mari sit avulsa xv passibus in longi
tudinem freto in latitudinem
autem unius calumina regia in quo freto
est scopulus scylla item ~~mare~~ caribdis
mare vertiginosum ambo clara fama.
Samaria civitas regalis in israel quondam

montis Somer sita. sed et omnis regio
que circa eam fuit a civitate quondam
nomen accepit | media inter iudeam
et galileam iacens. Hec ab herode
antipatris filio in honorem augusti
cesaris grece nomine sebaste augusta
vocata est. Sychem civitas iacob nunc
neapolis dicta iuxta sepulchrum ioseph
que a filio emor regis sui vocabulo
sumpsit iuxta quam dominus samaritane
mulieri ad puteum loquitur ubi nunc
ecclesia fabricata est | ex latere montis
garizim. Syna mons in regione
madian super arabiam in deserto qui
alio nomine oreb appellatur. Unde dicitur
Et fecerunt vitulum in oreb. cum hor moy-
ses in syna factum scripserit. Saronas
quod interpretatur campestris regio est
a cesarea palestine usque ad oppidum
ioppe pertingens et est hodieque locus
pascendis gregibus aptus que iuxta
soli qualitatem petro predicante fidei
continuo fructus germinavit sed inter
montem thabor et stagnum tyberiadis
regio saronas appellatur. Sidon
urbs fenicis insignis olim terminus
chananeorum ad aquilonem iuxta libani
montis cacumen sita et ipsa apostolo visita.
Seleucia civitas syrie nobilis in pro-
montorio syrie antiochie sita. Sala-
minis civitas in cypro insula nunc con-
stantia dicta quam traiani principis
tempore iudei interfectis omnibus accolis
deleverunt. Samothracia insula est
in pamphylio sinu. Syria que hebraice
aram dicitur regio continens flumine eufrate
et mare magnum usque ad egyptum
pertingens | in maximas provincias
comagenam. phenicem et palestinam

absque sarracenis et nabatheis quorum
gentes sunt xii. Samo insula est
in mari egeo in qua reperta primum fic-
tilia vasa traduntur unde et vasa
samia appellata sunt. Smirna
civitas est licie provincie in asia cum
licias ita meminit et pelagus cilicie
et pamphylie navigantes venimus
in smirnam licie pro quo aliqui
codices habent venimus listram que est
civitas licie. Porro ieronimus in
libro hebreorum nominum myrram ponit
et interpretatur amaram. Salomen
civitas maritima crete insule.
Syrtes arenosa in mari magno
loca nimium terribilia et metuenda
eo quod ad se omnia diripere soleant
et appropinquante vadoso mari ad-
hereant. Hec autem ad mare egyptium
vicine sunt et pariter admixte.
Syracuse metropolis sicilie sub
promunctorio pachyno. Siquidem sicilia
ipsa tribus est distincta promunctoriis.
Unde et a triangula specie trinacria
quondam vocata mox a siculo rege
sicilia dicta est. Primum promunctorium di-
citur peloros et aspectat ad aquilonem cui
messana civitas proxima est et ad
regium ex ytalia promunctorium re-
spicit duodecim stadiorum intervallo.
Secundum dicitur pachynum quod respicit
ad eurinotum. Tercium appellatur
lylibeum civitatem eiusdem nominis
habens et dirigit in occasum. Tarsis
civitas metropolis cilicie provincie
paulo apostolo gloriosa. Tyrus metro-
polis fenicis in tribu neptalim vicesimo
quarto miliario a cesarea philippi.
Hec quondam insula fuit salo

mari septingentis passibus divisa
sed ab allexandro terre continens
est facta propter expugnacionem urbis
in brevi facto aggeribus cooperta tanta
in mare nobilitas conchilii cum purpura
constat. Troyas civitas asye mari
tima eadem antigonia dicta. Thiat(h)i
re civitas lydie que est provincia asie
templo quondam esculapi famosa cuius
civis erat lydia purpure venditrix
que in philippis fidem christi suscepit.
Tessalonica civitas macedonie. Thea
trum locus ab spectaculo vocabulum
mutuans quod in eo populus stans desuper
atque spectans ludos scenicos contemplaretur.
Explicit exposicio nominum predictorum

Incipit Prefacio Venabilis
Bede presbiteri ad Accam episcopum
In Apocalipsi beati Johannis.

Domino in christo
desiderantissimo
et verissimo acce
episcopo Beda perpetuam in
domino salutem